



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Militia Sacra || Dvcvm Et Principvm || Brabantiæ,||**

**Molanus, Johannes**

**Antverpiae, [1592]**

De Philippo I. Cap. LXIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38114**

uanij obtinuit ad propugnationem Catholice fidei. Quod quanto affectu fecerit, ipse non tacuit, vbi inter cætera iurisdictioni renuncians scribit: Studium generale Louaniense per nos summis consilijs & ardenti bus desiderijs expetitum, per sanctissimum Dn. nostrum Apostolicum tam consulte quam prouidè ad crebram nostram instantiam ordinatum & erectum est, ad communem nostrorum principatum & dominiorum, & signanter Ducatus nostri Brabantia, quem sua virtute poscente non immerito præ ceteris adamamus, totiusque Reip. commoditatem, utilitatē & profectum. Hęc Ioannes Dux fundator anno c 15. cccc. xxvi. die vii. Nouembris.

*De Philippo I.*

C A P. L X I X.

XIV. Bra-  
bantie &  
Lotharingie  
Dux.

PHILIPPVS primus Comes S. Pauli & Ligniacensis fratri suo Ioanni iv, sed triennio tantum successit, vir alioqui magnæ expectationis. Iuerat Princeps iste Romanum, ad inuisendum sepulcrum Domini, antequam inangurari vellet. Quem Pontifex humanissimè suscepit, sed ob pericula domum remisit. Cùm autem ageretur de futuris nuptiis cum Ioléda filia Ludouici Regis Siciliæ, ipse in castro Louaniensi moritur anno c 15. cccc. xxx. die iv. Augusti, & Furæ apud parentes sepelitur.

*De*